

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[97\] : De Daedalo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [97] : De Daedalo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[97\] : De Dædalo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 16 : De Daedalo](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[97\] : De Dedale](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[97\] : De Dedale](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s) Grec ancien

Pagination 302r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Dédale](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

nam reliquis neque tantilli quidem faciet.

De Sirenibus.

CUM nobis vitandam esse desidiam per hanc fabulam, omnemque in rebus gerendis negligentiam antiqui significarent, hanc per Sirenium suauitatem cantilenæ omnes ad se allicere demonstrabant, & in summum capitis discrimen denique inducere. alii voluptates esse intellexerunt, quæ patre caurino Acheloo scilicet nate sunt. cum vero partim essent bellæ, partim virgines, duplicem animæ facultatem ostendebant rationi parentem scilicet, & rursus appetentem. nam qui parer rationi, homo est; qui non parer, bellæ: neque quidpiam aliud verè hominem facit. vnusquisque nostrum merito inclusas habet Sirenes, cum animus diuersis motibus agitur. si quis igitur illegitimos motus securus fuerit, hic in extremas miserias denique inducitur: quare aures ad harum cantus sunt obturandæ. quidam adulatores esse Sirenes putarunt, qua peste nulla est neq; humano generi perniciosior, neque suauior.

De Orpheo.

CELEBRATVS fuit Orpheus à poetis non solum quidem ob poeticæ facultatis præstantiam, sed multo magis ob iustitiam & æquitatem, quæ non solum in cæteros homines, sed in seipsum vsus fuit. nam placatis inferis animi perturbationibus scilicet, iustitiam siue æquidicem in lucem extraxit. at si quis fuerit paulo negligentior in seruanda æquitate, rursus eodem relabatur, vnde fuerat profectus. vt igitur moderationem animi motibus adhibeamus hæc ita conficta fuerant.

De Musis.

CUM vellent Pythagorici demonstrare omnia cœlestia corpora musicæ harmoniam efficere, & sonos varios pro magnitudine spherarum, aut pro celeritate. musarum nomina introduxerunt; acque ad planetarum imitationem musicis instrumentis septem chordas primum accommodarunt. quæ deinde additæ fuerunt. Sic igitur musicam diuinam scientiam Pythagoras significauit, qua possent animi mortalium ab impuris cupiditatibus refrænnari, & motes componi. Quod diuinorum illorum corporum animæ poeticæ facultati præessent, id planè significabat res humana à mente diuina, cœlestibusque corporibus gubernari; atque omnem in quauis facultate præstantiam ad homines cœlitus demitti.

De Dedalo.

PER Dedali verò fabulam significabant omnes iniquos esse calamitosos, nulli scelerato putandam firmam esse iusti principis amicitiam. mediocritatem tutius expeti, quàm ardua quæque & sublimia, quia summæ præstantiæ coniunctæ sunt ingentes calamitates & pericula. nam mediocritas neque valde inuidiosa est, neque contemnenda.

Gggg a De